

ZYNOSEΩ

IN POSTERIOREM PARTEM CAPITIS II.
EPISTOLÆ D. PAVLI AD TITVM

Disputatio prima

Theologica & Philologica

Αγάλυσιν καθ' εξήγησιν Textus
exhibens,

In Incliyia Academia Regiomontana,

Sub Auspicio SS. Trinitatis,

Loco ordinariæ publicè proposita,

PRÆSIDE

M. MATTHÆO REIMERO,

Græc. Lit. P. P. & Facult: Phil: p. c.
DECANO,

RESPONDENTE

DANIELE Klein/ Tilsâ-Prusso,

Alumno Electorali,

IN ACROATERIO MAGNO,

Ad diem 6. Julij, horis ma-
tutinis.



REGIOMONTI PRVSSORVM,
Exscripta typis Laurentij Segebadij
ANNO M. DC XXXV.

189

29559

264049

Ergas

VIROS

Amplissimum & Consultissimum, Experientissimum, Re-
verendum & Excellentissimos,

DN: GEORGIUM REIMANNUM,

J. U. D. Eximum, & Nobilissimi Dicasterij aulici, quod
Serenissimo Elect: Brand: Regiomonti Prussorum
est, Consiliarium Dignissimum.

DN: DANIELEM BECKERUM,

Medic: Licent: ejusdem Professor: Publ: Secund: p. t. Spectabil:
Decanum, & Physicum Regiom: Ordinarium,
& Celeberrimum.

DN: M. LEVINUM POUCHENIUM,

Tertium Theolog: Professorem, & aulæ Electoralis Prfss:
Concionatorem præclarum.

Nec non

Amplissim: Prudentissimos, & humanitatis splendore in-
signiter Conspicuum

DN: HENRICUM Göbel/

DN: GEORGIUM Begner/

Illum Senatorem Reipubl. Palæopol: Hunc Scabinum
Cniphovianæ Spectatissimos.

DN: DANIELEM Pollein/

Civem Reipubl: Cniph: primarium.

Musarum Evergetas & sui Promotores benevolentissim:
submissa hac olympos hujus è gynluxu dedicatione
debitam animi contestatur observantiam

DANIEL Klein.

A. A.
THEISIS PRIMA.

Fert animus, posterioris partis Capitis secundi Epistola B. Pauli ad Titum, quam & ipsa gravitas & mysteriorum divinorum Oeconomi publicâ pro suggestis quot annis commendant voce, ἀναλυσιν ἡ ἐξήγησιν hac quidem disputatione propone-re; sequentibus vero questiones nonnullas in idem motas, ad Nominis divini gloriam, cœlestis veritatis defensionem & Nostrî adificationem, ξυνθεῖ, enodare.

Adspira cæptis, Christe benigne, meis!

II. Ut a. hoc eò fiat dexterius & majore cum fructu, pauca de tûm occasione, scopo, argumento & partitione Epistolæ, tûm ἐρμηνείᾳ λαζάρι, partim primi & secundi tertiiq; capit. partim posterioris partis cap. 2. cum priori, ὡς περιγραφοῦμενa quædam, præmittemus.

III. Occasio itaq; & scopus Epistola proprius (unde & ar-gumentum ejus innotescet) hæc fuit: Nobilissimam & amplissimam Insulam maris mediterranei, CRETAM (hodie Candiam mappæ geographicæ appellant) ἐν γλόμ-πλῃ Homero Iliad. B. v. 649. dictam, ad fidem Christi Apostolus converterat, Titumq; Archiepiscopum hoc consilio eidem præfecerat, ut I. constitueret Presbyteros per singulas civitates. 2. ea, quæ ipse Paulus, festinans ad alia loca non potuerat absolvere, corrigeret: sive, ut Cre-tenses in veritate doctrinæ Evangelicæ semel agnitiæ do-cendo confirmaret, pseudo-doctores, puritatem ejusdem adulterantes, refutaret, moresq; populi emendaret: ut patet ex cap. I, v. 5. c. 2, v. 15. & c. 3, v. 8.

A

IV. Has

IV. Has igitur munieris sui partes, ut Titus eò feliciùs atq; alacriùs obiret, & Ecclesia Cretensis de doctrinæ ab ipso partim jam propositæ, partim tunc adhucdum proponendæ certitudine & autoritate minimè dubitaret, sed firmiter crederet, esse πιστὸν λόγον c. 3, 8. hac ad Ipsum scriptâ Epistolâ Apostolus docet 1. Qualiter comparatos esse, quibus vitiis carere, quibusq; virtutibus ornatos esse debeat Presbyteros, Ecclesijs Cretensibus præficiendos c. 1. 2. Quomodo ἐπιδιόρθωσιν s. correctionem morum, cultusq; divini reformationem, tūm ætatis sexusq; tūm conditionis Auditorum accuratâ ratione habitâ, ita instituere queat, ut non veram duntaxat doctrinam ipsis inculcet, & qui vivere debeant, intimet: sed & typum se ipsum præbeat bonorum operum, doctrinamq; suo exemplo & vitâ propriâ q. animet atq; exornet, c. 2. ad v. usq; 11. argumentis ab universali salutif. gratiæ DEI apparitione, universalî totius generis humani redemtione & gratuitæ credentium omn: justificationis ratione potissimum dūctis à v. 11. c. 2. & c. 3. integro.

V. PARTES Epistolæ generales sunt QUATUOR: 1. περὶ μητρῶν, primis 4. versibus cap. primi. 2. περὶ θεστις ὑ. 5. 3. περὶ γυμαλία sive propositionis ἐκθεσις à ὑ. 5. c. 1. ad ὑ. 12. c. 3. 4. ἐπίλογος sive Conclusio: inde ad finem usq;.

VI. Coeterum περὶ γυμαλίας, ut ex propositione ὑ. 5. colligere promtum est, DUÆ sunt PARTES: PRIOR καταστάσις ἦν πρεσβυτέρων καὶ πόλιν, constitutio Presbyterorum per singulas civitates. POSTERIOR, ἐπιδιόρθωσις ἦν λειπόντων, correctio ulterior eorum, qua ab Apostolo, aliò properante, relicta fuerant, in moribus sc. & cultu divino, Cretensium proprio, emendanda.

VII. Expeditâ c. 1. priori tractationis parte, c. 2. ad partis posterioris, τεὶς ἦν λειπόντων διορθώσεος, διέξοδον rectâ

rectâ progeries, exponens, quâ prudentiâ in cœtu Auditorum suorum *εποίει θωσιν* instituere morum; qualemque seipsum *ας Τύπον παλῶν ἔργων* præbere debeat c. 2, v. 7. argumentis ab universalis gratia DE I salutifera patefactiōne & redēctione per Christum J. præstitâ potissimum de promtis.

VIII. Unde liquet, caput secundum geminâ cōstare parte:
PRIMA post μετάβασιν v. 1. tradit παραγγέλματα εἰδικὰ, præcepta specialia, eaq; juxta differentiam objecti prædicationis Evangelicæ, sive Cretensium, Titi Auditorum, ab adjunctis sumtam diversa: vel quod idem est, juxta discrimen sexus, ætatis, conditionis & status differentia, Tito accurate pensi habenda & prudenter observanda. Quæ omnia συλλόγοι in hanc redigi possunt propositionem: Omnes omnino & singuli homines, adeoq; & Cretæ, Evangelij doctrinam amplexi, professionem suam sanctimoniam vitæ atq; inculpati exornare moribus debent: cuius tandemcunq; ætatis, sexus & conditionis sint à v. 2. ad 10. inclusivè.

IX. ALTERA, I. πειστάσεως hujus sive præceptorum prima parte propositorum, *ἀπολογίαν* v. II, 12, 13, 14. 2. *ἰπέρογον* partiale v. 15. subiectit. *ἀπολογία* (cujus nota h. l. est *η ἀπολογίαν*, *τοῦτο*) 4. complectitur rationes gravissimas v. II. & tribus seqq. quibus omnes & singuli ad officia sua quām studiosissimè obeunda debeant jure moveri.

X. I. à causa efficiente impulsiva ducta est, gratuitâ nimis. universalis gratia DE I επιφανεῖ. *ἐπιφάνης*, ait: *η χάρις τῆς θεᾶς*. Quæ verba vetus vertit; apparuit enim gratia Dei. Sed melius *χάρις μαρτύρων* Erasmus & Beza, Hieronymum atq; Ambrosium secuti, verbum *ἐπιφάνης* reddunt, illuxit. Apparet n. ut rectè observat Erasmus, quod videtur, e-

tiam si non sit: At ēπφάνεται, quod (nim. reverā existens) fit conspicuum atq; illustre: & ita quidem, ut ἀφορδίως καὶ ἀπεσθόκητως repente & præter expectationem desuper sive ex alto promicet atq; oculis nostris fese inge-
rat. Herodian. lib. 3. p. 69, edit. H. Steph. ἡδη δὲ διωκόνων τακτού πα-
νιζόντων τὸν Βρετανῶν, ὃς δὴ νευκηκότων ἐπφανίους λαζαρο-
σφαληγόντες οὐτε Σεβήρους, σὺν τῷ τερχόμενῳ, εἰ μέχεν, ἀπομῆτι τε ὄντας ἐξ
μάχης γεγονότι. i.e. Politiano Interprete, sed in sequentibus jam
vitulantibusq; (rectius, peana canentibus) Britannis ceu planè
victoribus, apparuisse ex templō Latum, cum eo, cui praerat,
exercitare recenti & qui extra pugnam fuerat. Suidas & Varinus
ānotāt, ēπφάνεσθαι esse φάνεσθαι ψόθεν i.e. desuper sive ex al-
to illucescere: ἐπφάνεσθαι χαμόθεν i.e. ἀπὸ τῆς γῆς, è terra,
ex humo vel inferiore loco. Quæ verbi hujus significatio
huic loco optimè congruit.

XI. Innuit n. eo Apostolus: 1. hanc ēπφάνεται esse opus
verè cœlestē ac divinum, quod nemo hominum suis virtu-
tibus atq; operibus possit promereri; insimul ἀδυνατία
nostram in rebus æternam salutem concernentibus ar-
guit. 2. factam fuisse præter omnium hominum opinionem
atq; expectationem, sicut solent ēπφάνεται repente fieri τὰ
ἀπεσθόκητως. Vid. Gen. 28, ¶. 13. & seqq. Exod. 3. ¶.
2. Esa. 6, 1. Act. 2, ¶. 2. 3. tenebras nostras spirituales, qui-
bus toti immersi eramus, ante, quām lux illa gratiosissi-
ma nobis illuxisset, Luc. 1, v. 79. Joh. 1. 5. Eph. 5, 8. Esa.
9. 2. c. 61. ¶. 1. & 2. 4. Discremen V. & N. T. In hoc nam-
que illustriūs & splendidiūs gratia illa Dei salutifera il-
luxit, quām in isto. Hinc illud nocti, hoc diei assimila-
tur Rom. 13. 12. In V. omnia obscuriūs proponebantur
de Christo sub involucris typorum & sacrificiorum: In
N. a. omnia sunt clariora, cessantibus typis ac umbris.

XIII. Si quæras, Quomodo haec gratia illuxerit?

R. I. *per ius aequaliter Filij Dei*, Jōh. 1. v. 14. 1. Tim. 3. 16. 2.
Tim. 1. v. 10: Hic n. illuxit gratia salutifera DEi Patris per
ardentissimam dilectionem totius generis humani , pec-
cato pēditi, & missionem filij nati ex muliere & facti
sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret &c. Joh. 3.
16. Gal. 4, 4. Hic illuxit etiam gratia Dei Filij per adven-
tum ejus in carnem & redēmptionem generis humani ; dū
semen Abrahæ assūmisit Heb. 2, 16. & carne pro nobis pa-
sus 1. Pet. 4. v. 1. peccata nostra ipse pertulit in corpore suo
super lignum ibid. c. 2, 24: Hic tandem illuxit quoq; gra-
tia Spir. S. per obumbrationem & sanctificationem vir-
ginis Mariæ Luc. 1. 35. operationem fidei in cordibus no-
stris, tantorum mysteriorum obsignationem, & testimo-
nium, quod dat Spiritui nostro, nos esse Dei filios Rom.
8, v. 16. 2. *per prædicationem Evangelij*: Priùs quidem
fuerat per Prophétas sparsim promissa , sed Christo do-
cente, quasi Solis jubar illuxit: splendidissimè autem e-
micuit Apostolis prædicantibus. Nam tūm demūm o-
mnibus hominibus hæc gratiæ doctrina fuit proposita ,
idq; mandato Christi, Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 15.

XIII. *xacis Hieronymo in v. 11. hujus cap. Tomo 9. operum,*
glossa ordinaria, & Zanchio, lib. 4. de N. D. Cap. 2. quast. 4.
est ipse Christus. Sed hic ab illa rectissimè distinguitur, ut
causa efficiens meritoria à suo effectu, vel us fundamenum à
suo fundato. Estn. Christus cum suo merito fundamentum
hujus gratiæ & hæc in illo fundata est. *Alij per gratiam*
DEi h. l. intelligunt Evangelium de Christo, prout illud
jam in N. T. innotuit. Verūm confundunt ipsam gratiam
cum ejusdem organo s. medio revelationis, oblationis,
& collationis. Est namq; verbum Evangelij non ipsa DEI
gratia, sed ejusdem ὄχημα καὶ δοχῆνα quoddam, per quod Deus
gratiam suam hominibus ordinariè offert, fidemq; in

cordibus eorum operando communicat. Rom. Io. v. 17.
Rectius itaq; per gratiam DEI h̄c intelligitur, interprete
ipso Apostolo c. 3. v. 4. χειρούργης καὶ φιλανθρωπαῖς σωτῆρος ἡμῶν
θεῖς bonitas & erga homines amor Servatoris nostri DEI, quæ
& ἀγάπη θεῖς vocatur, Joh. 4, 9, 10.

XIV. Hanc Gratiam explicat atq; amplificat Apostolus
i. à fine s. effectu utili, dum dicit, quod sit ἡ σωτήρ εἰς i.e. των
τιμέων των ξενών, illa salutis procuratrix s. author; vel illa salu-
tifica, quod salutem æternam, Christi merito partam, affe-
rat. Est n. quasi fons & scaturigo quædam: unde ut alia
bona spiritualia omnia, ita salus quoq; æterna illorum
omnium, respectu nostri, finis ultimus profluxit, Eph. 2,
8. Joh. 3. v. 16. Rom. 6. v. 23.

XV. Hoc a. Epitheto & addito articulo eam discernit
à Gratia DEI generali, ad Articulum Creationis, conserva-
tionis & gubernationis rerum omnium s. providentiae
generalis pertinente: quæ omnibus creaturis communis
est, &, quâ talis, ad salutem nostram spiritualem & æter-
nam nihil facit. De qua Psal. 145. 9. Miserationes ejus su-
per omnia opera ejus. Et Sap. II. 25. Diligis omnia, quæ
sunt, & nihil odisti, (vel potius, abominaris, βολεύστη) eorum, quæ fecisti; nec n. fecisti quicquam, quod haberes
odio v. 26. Quomodo a. posset aliquid permanere, nisi
tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conserva-
retur? Confer etiam c. 14. v. 3.

XVI. Præterea duo in his verbis (ἢ χάρις θεος ἡ σω-
τήρ εἰς) observanda veniunt 1. usus articuli duplicati, quod
prædicato additus subjectum sive substantivum, cum suo
articulo præmissum, plenius exponat, distinguat aut εξο-
χην ejusdem εμφανίως denotet, exponaturq; haud ma-
lè nonnunquam per pronomen demonstrativ. ILLE ut
h. l. Illuxit ἡ χάρις θεος sc. non generalis, creationis, con-
serva-

servationis & gubernationis rerum omnium, quæ in primo symboli Apostolici Articulo consideratur: sed ἡ τω.
Τίες, ILLA sc. salutifera, nim. redemptionis, justificatio-
nis & sanctificationis, quæ in secundo & tertio ejusdem symboli
articulo attenditur. Sic Joh. 6, v. 14. οὐάστος εἰσιν ἀληθῶς οἱ τοῦ
Φίλησ, οἱ ἔρχόμενος εἰς πν̄ κόσμον, Hic est verè Propheta ille
(puta, non quales V.T. fuerunt, sed) magnus & eximius,
quem Deus olim populo suo promiserat per Mosen
Deut. 18, 18. quiq; adeò venturus erat in mundum, sive
Messias. Et cap. 10, v. 14. Εγώ εἰμι οἱ ποιμὴν οἱ καλός. Ego sum
Pastor (sc. non gregarius quispiam, sed) insignis & pri-
marius ille, de quo Prophetæ varicinati sunt, nim. David
Psal. 23. Esa. c. 40, II. Ezech. c. 34. v. II. & seqq. item v.
23. & c. 37, 24. Zach. II, 7. c. 13, 7. qui animam meam pono
pro ovibus meis, Joh. 10, 15. vid. etiam Matth. 16, 16.
cap. 26, 26. Luc. 15, v. 22, 23, 27, & 30. &c.

XVII. 2. ἐν αλλαγῇ τῆς γένεσις Αἴτικη, quâ substantivo fæmi-
nino adjungitur adjectivum generis masculini. ηγή γὰρ ἀντὶ τῶν
Θηλυκῶν, αρσενικῶν ὄνομάτων μέχεται (οἱ Αἴτιοι) καταληξε-
σιν, ait Corinthus de Dial. Att. Artic. s. sect. 22, i.e. Etenim
pro fæmininis, masculinorum nominum utuntur terminations-
bus. Sic dicitur σωτηρία αἰώνιος Heb. 5. 9. ζωὴ αἰώνιος Tit.
I. v. 2. c. 3. 7. κόλασις Matth. 25. 46. δόξῃ 2. Tim. 2, 10. &c.
pro αἰώνιᾳ, quemadmodum 2. Thess. 2, v. 16. παράκλησις
αἰώνια & Ebr. 9. v. 12. αἰώνια λύτρωσις legitur. Sic μάταιος
θρησκεία Jacob. I. v. 26. Et, ὅκνῳ μὴ μάταιοι ημῖν η τραζεία
γενηται, vereor, ne irrita vobis hæc expeditio fiat, Olynth.
I. pro μάταια; quod fœm. legitur I. Cor. 15, 17. μάταια η πίσις
ὑμῶν & I. Pet. I. v. 18. sic τραζεία θρησκεία. Luc. 2. 13. Et θρη-
σκεία οπτασία Act. 26. 19. pro, θρεσκία: quod fœmin. legitur
in Ajace flagell. pag. 13. edit. H. Steph. ἀτανθρησκία φλεγων,
noxam cœlestem incendens i. e. explicante Schol. Gr.

ζωπυρῶν ἡ ἀναγεῖρων ἐτῶ τῷ εἰς τὸ πεμφθέοντι i. e. fuscitans malum cælitùs immissum, Sic apud Sophocl. in Ajace, Βάρβαρος γλῶσσα, &c in Electr. Βάρβαρος ἄνα, pro βαρβάρῃ. Sich. l. ἡ χάρις ἡ σωτήριος, pro ἡ σωτηρία, si Camerario credimus. Vide de hac enallage doctiss. Budæum Comment. L. Gr. Col. 1498. & seqq. edit An. 1557. apud Episcop.

XVIII. *Vulgatus* (quem falsò Hieronymum fuisse nonnulli putant) Τὸ σωτήριον vertit, Salvatoris nostri. Legisse igitur videtur, ut & Hieronymus & Ambros. σωτῆρος ἡμῶν ex cap. 3. v. 4. verūm cum omnes codices Græci, quos mihi quidem videre contigit, ut & Chrysostomus & Theophyl. επυφάνως legant σωτήρος, meritò hanc lectionem retinemus.

XIX. Cæterum explicat atq; amplificat hanc gratiam DEI. 2. ab Objectilatitudine. amplitudine; quod salutaris illuxerit, non paucis duntaxat quibusdam, absoluto decreto electis aut quibusvis hominum generibus atq; ordinibus, ut volunt Calvinus, & ipsius discipuli: sed OMNIBUS in Adamo perditis & singulis hominibus, nemine prorsus excepto, v. II.

XX. 3. ab adjuncto officio pædagogico (παιδεύσας ἡμᾶς) quod nos ut pueros more præceptoris eruditat. Hoc n. propriè Τὸ παιδεύειν declarat, nim. pueros (qui simpliciter credunt suorum parentum & præceptorum verbis) ignorantes atq; ad vitia pronos in literis ac moribus informare. Descendit n. à nomine παῖς puer. Ita de Mose Protomartyr N. T. Stephanus dicit, quod (à prima sc. pueritia) ἐπαιδεύθη πάτη σοφίᾳ Αἰγυπτίων, Act. 7. v. 22. Et de se ipso Apostolus Gentium, quod Tarsi Ciciliæ sit educatus ad pedes Gamielis, πεπαιδευμένος καὶ ἀχειβαῖνος τῷ παιδεύμενος eruditus accurate in patria lege, ibid. c. 22. v. 3. sc.

v. 3. sc. παρδίος οὐ λάτε βέβαιος 2. Tim. 3. v. 15. Alias in genere significat erudire, docere, instituere, informare: ut I. Tim. 1. 20. 2. Tim. 2. v. 25. & ap. Xenoph. l. 1. ταῦθεν pag. 6. c. itē castigare, ut Luc. 23, v. 16, & 22. I. Cor. 11. 32. Hebr. 12, v. 6. 10. Apoc. 3, 19. Deut. 8, 5. Ex quibus prima significatio huic loco videtur convenientissima. In rebus namq; divinis omnes sumus infantes & pueri, qui Pædagogo opus habemus. Non tñ. significationes reliquas, ut pote nihil incommodi habentes, h̄c repudiatis volumus.

XXI. Officium hoc Pædagogicum insuper explicatur atq; amplificatur causa finali geminā: prior ἀποφαίνωσιν καὶ ἔργον ex primitur, docens, quid omittere & fugere debeamus: ut sc. abnegemus i. e. fugiamus, odio prosequamur, detestemur I. τὴν ἀσέβειαν, impietatem, i. e. non solum εἰδὼλολατρείαν ή ψευδοδιδάχη μητρός, idolorum cultum & prava dogmata, s. falsam religionem & venenatam doctrinam, ut exponunt Chrysostomus, & qui hunc καὶ μόδα sequitur, Theophylactus: sed & omnia ac singula vitia atq; peccata, quæ contra primam Decalogi tabulam veniunt aut committuntur: qualia sunt; (1) ignorantia essentia & voluntatis divinae (2) incredulitas. (3) supersticio. (4) carentia timoris DOMINI (5) securitas carnalis & contémptus DEI (6) impatientia & murmuratio adversus Deum. (7) Fiducia hypocritica, presumptio & confidentia humanorum auxiliorum &c. Quo significatu vox ἀσέβειας etiam sumitur Rom. I; 18. c. II. 26. 2. Tim. 2. 16. sicut contra ἐνσέβειαν sæpenoret virtutes prima Tabula Decalogi, adeoq; totum cultum DEI sincerum, & religionem sanam, ut I. Tim. 2, 2. c. 3, 16. c. 4, 8. ut & ejus conjugatum ἐνσέβως hoc ipso versu. B. Lutherus in post. Ecclesiast. part. 1. fol. 50. fatetur se vocem græcam ἀσέβειαν, quæ Latinis impietas, Hebræis γῆρας appelletur, voce Germanicâ nullâ posse asséquiri: ideoq;

transtulisse eam ein vngöttlich / oder Gottlose Wesen.
Sed nec Latinam Græcamq; dictionem emphasin Hebræ-
æ ex esse exprimere; γνῶνας namq; propriè significare pec-
catum illud, quando Deus non colitur, h. e. quando ei
non credimus, verâ fiduciâ ab ipso non pendemus, non
timemus, nec ipsi nos totos addicimus, ejus providentia
omnia non committimus, nec Deum esse sinimus. Quo
in peccato profundè quidem hærent crassi & notorij
peccatores: longè v. profundiùs sancti, docti, clerici,
(quos spirituales vocant) qui mundo & sibi ipsis probi
videantur, operibus suis confisi. Breviter; omnes eos, qui
mera bonitati & gratia DEI sese non committant & vivant,
esse impios, licet præ insigni sanctitate mortuos exsuscotent, vir-
gines sint & pleni omnium virtutum. Quos nominari vellet
gnadlose oder glaublose menschen. Se autem eos appellaturum,
Gottlose &c. Vide inibi plura.

XXII. 2. τὰς κορυνὰς ἐπιφύλαξις mundanas concupiscen-
tias i. e. omnia & singula vitia atq; peccata cum præceptis
secunda tabula Decalogi pugnantia, interna & externa, quæ
homo partim contra seipsum, partim contra proximum desi-
gnat. Gal. 5. v. 16 & 24. vocat ἐπιφύλαξις πάγια μάταια οὐρανός, quo
rum prolixus ibid. v. 19, 20 & 21. ab Apostolo texitur
Catalogus, κορυναία sive mundane vocantur ratione 1. cau-
sa efficientis, Dei vid. & Principis hujus mundi s. Diaboli
2. Cor. 4. 4. Joh. 12, 31, c. 14. 30. c. 16. 11. 2. subjecti ἐν περι-
ζεως, quia in hominibus mundaniss. mundo huic rebus
quæ caducis deditis hærent. 3. Objecti, quia circa res mun-
danæ, honores, divitias, voluptates, ex cibo, potu, vene-
re oriundas, occupantur, secundum illud Apostoli Joh.
2, 16. Quicquid est in mundo, cupiditas carnis, concipi-
scentia oculorum & fastus vita, non est ex Patre, sed ex
mundo est. Hinc Poeta Christianus:

Ambi-

transtulisse eam eis vngöftlich / oder Gottlosß Wesen.
Sed nec Latinam Græcamq; dictionem emphasin Hebræ-
æ ex asse exprimere; γενινον namq; propriè significare pec-
catum illud, quando Deus non colitur, h. e. quando ei
non credimus, verâ fiduciâ ab ipso non pendemus, non
timemus, nec ipsi nos totos addicimus, ejus providentia
omnia non committimus, nec Deum esse finimus. Quo
in peccato profundè quidem hæreant crassi & notorij
peccatores: longè v. profundiùs sancti, docti, clerici,
(quos spirituales vocant) qui mundo & sibi ipsis probi
videantur, operibus suis confisi. Breviter; omnes eos, qui
mera bonitati & gratia DEI se se non committant & vivant
esse impios, licet præ insigni sanctitate mortuos exfuscent, vir-
gines sint & pleni omnium virtutum. Quos nominari vellet
gnadlose oder glaublose menschen. Se autem eos appellata-
turum, Gottlose &c. Vide inibi plura.

XXII. 2. τὰς κοσμικὰς ἐπιφύλαξις mundanas concupiscen-
tias i. e. omnia & singula vitia atq; peccata cum præceptis
secundæ tabula Decalogi pugnantia, interna & externa, quæ
homo partim contra seipsum, partim contra proximum desi-
gnat. Gal. 5. v. 16 & 24. vocat οὐ ποιεῖται πάθη ματαρεῖσθαι, quo
rum prolixus ibid. v. 19, 20 & 21. ab Apostolo texitur
Catalogus. κοσμικὰ sive mundane vocantur ratione 1. cau-
sæ efficientis, Dei vid. & Principis hujus mundi s. Diaboli
2. Cor. 4, 4. Joh. 12, 31, c. 14. 30. c. 16. 11. 2. subjecti εἰν πό-
χεως, quia in hominibus mundanis s. mundo huic rebus
quæ caducis deditis hærent. 3. Objecti, quia circa res mun-
danæ, honores, divitias, voluptates, ex cibo, potu, vene-
re oriundas, occupantur, secundum illud Apostoli j. Joh.
2, 16. Quicquid est in mundo, cupiditas carnis, concipi-
scientia oculorum & fastus vita, non est ex Patre, sed ex
mundo est. Hinc Poeta Christianus:

Ambi-

*Ambitiosus honor, & opes & fœda voluptas:
Hæc tria pro trino Numinis Mundus habet.*

XIII Posterior *πατερικῶν* ή *πατέρων* exponit, quid facere debeamus: *ἰδιαίτερον*, *καὶ δικαῖος καὶ εὐσεβῶς ζῆσθαι* εν τῷ νῦν ξιῶνι, i. e. ut sobriè & justè & piè vivamus in hoc seculo. Quibus verbis tres q. classes bonorum operum Apostolus constituit.

XIV *Σωφροσύνη* Nos ipsoſ respicit, & requirit corporis disciplinam, cupiditatum, affectuum, actionumq; omnium moderationem i. e. temperantiam, sobrietatem, castitatem, mansuetudinem.

XXV. *Δικαιοσύνη* proximum respicit & complectitur omnia humanitatis officia juxta normam 2dæ Tabulæ Decalogi proximo debita; ut exhibeatur 1. superioribus obediētia & reverentia: quarum altera cordis, altera corporis est. Nec n. sufficit exterius obtemperare Majoribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. 2. Equalibus consilium et auxiliū. Hæc n. volumus, ut et ipsi nobis impēdant: consilium, quod erudiatur ignorātia nostra: auxilium, quod juvet infirmitas nostra. 3. Inferioribus custodia & disciplina. Custodia quidem, ut posīt caverem peccatum: disciplina v. ut quod minus cavit, minimè maneat impunitum: quemadmodum devotissimus Patrum Bernhardus loquitur serm. 3. de Adventu Domini. Breviter: Hæc virtus ut potè suum unicuiq; tribuens præcipit, ut nos proximo ea faciamus, quæcumq; nobis ipsis ab illo fieri vel non fieri cupimus. Hæc n. est Lex & Prophetæ, Matth. 7, 12. Luc. 6, 31. Tob. 4, 16.

XXVI. *Eὐσέβεια* Deum respicit, & cultus prima Tabula Deo debitos complectitur, v. g. 1. agnitionem DEi è verbo ipsius patefacto. 2. Timorem. 3. Dilectionem DEi. 4. Fiduciam in Deum. 5. Humilitatem. 6. Patientiam. 7. Spem.

8. Reverentiam nominis divini. 9. Invocationem & adorationem. 10. Gratiarum actionem &c.

X XVII. His igitur tribus Adverbis omnes virtutes ac bona opera prima & secunda tabula Decalogi comprehendit Apostolus. De quibus prolixè docentes vide Dn. D. Chemnit. 2. parte L. T. in explic. Dec. D. David Chytr. in R. Vita. D. Gerhard. L. T. tom. 3. loc. 15. qui est de Leg. Moral. & D. Theod. Inst. Cat. de 10. præc.

X XVIII. Cæterum circa calcem v. 12. superioribus additur ἀετοδιοεισμὸς, nim. sic nobis esse vivendum εὐτὸν νῦν αἰῶνι, in hoc seculo s. mundo. Ubi observa 1. ἐλειπόμενῶς hæc verba dici, pro ὄντες οὐ διάγνοντες εὐτὸν νῦν αἰῶνι, dum in hoc seculo sumus aut versamur: vel ὄντες, in seculo quod nunc est s. in præsenti seculo, 2. monere nos. (1.) studium pietatis, justitiæ & temperantiæ non esse differendum in alterum seculum, sed in hoc strenuè urgendum: præsens n. inquit Theophylactus, certamen habet: futurum a. præmium & retributiones. (2.) in studio pietatis constanter ad finem usq; vitæ perseverandum & conatu omni progrediendum esse. Qui n. perseveraverit usq; ad finem, hic salvabitur Matrh. 10, 22, c. 24, 15. Apoc. 2, 10. (3) pios, licet in hoc seculo vivant, quod non abs re πνηγὸν, malum dicitur Gal. 1, 4. non tamen esse de hoc mundo, Joh. 17, v. 14. & 16. καὶ μὴ συχνωματίζεσθαι αἰῶνα γέτω, nec conformare se huic seculo, Rom. 12, 4. sed vi salutiferæ Gratiae Dei esse veluti rosam inter spinas, in media q. popina sobrios, in media ganea temperantes & pudicos, in medio χρεῖων sceleratorumq; contubernio modestos ac pios, in medio latronum Speleo justos: quibus exemplis hunc textum B. Lutherus illustrat in Po. still. Eccles. part. 1. fol. 52.

XXIX. II. ἀινολογίæ ratio primam confirmans, est v. 13. ab effectu consequente, vel, ut Rhetores vocant, διπλῆ
ζυμφε-

Χρυσόπειρον ab utili sive præmio piorum deprompta: τοῦτο
δεχόμενοι expectantes); τὴν ιακωβίαν εἰλπίδα, beatam spem.
2. ὡς ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τῆς μεγάλης θεᾶς gloriosam apparici-
onem magni DEI.

XIX. προσδεχόμενοι (h.l. idem quod προσδοκῶντες) di-
cuntur, qui futurum aliquid vel sine vel cum desiderio
præstolantur, ut Jacob Patriarcha τὴν σωτηρίαν τῆς κυρίας,
Gen. 49, 18. anima Regij Vatis Deum Psal. 42. 2. Simeon
προσκλησιν τῆς Ιερουσαλήμ Luc. 2, 25. omnes pijs Hierosolymis
λύτρωσιν ibid. v. 38. Josephus Arimathæus τὴν βασιλείαν
τῆς θεᾶς, c. 23, 51. Et B. Apostolus τὴν ἐπιφάνειαν κυρίας καὶ τῆς
δικαιοσύνης τέφανον 2. Tim. 4, 8.

XXXI. Μακρινὴ εἰλπίδα videtur Apostolus, καθ' ὑπαλ-
λαγὴν vocare τὴν ἡλπισμένην μανειότητα, speratam nim.
eternam beatitudinem s. vitam eternam ac beatam, omniaq;
caelestia bona, in Evangelio nobis propter Christum
promissa, quæ speramus nos post hanc vitam in resurre-
ctione justorum percepturos. Spes n. hoc l. pro objecto spei,
s. bonis speratis μελῶν μηδὲ πονitur, ut & Rom. 8. 24. Eph.
1, 18. Gal. 5, 5. Coloss. 1, 5. Haud dissimili modo loquendi
B. Petrus utitur 1. Pet. 1, 3. quod Pater Domini nostri I. C.
regeneruerit nos ex multâ suâ misericordiâ εἰς εἰλπίδα τῶν σωτῆρων
i. e. ἡλπισμένην τῶν σωτῶν. s. ut v. 4. ἐλπιζοντες addit. εἰς εἰληφονομί-
αν ἀφθαρτον, ηγανάκτων καὶ ἀμάρτων, τετηρημένην ἐν χρεονοῖς
εἰς ημᾶς. Ita τισις Gal. 3, 23. & 25. per eandem adjuncti me-
tonymiam rem creditam s. primarium fidei objectum no-
tat, nempe Christum cum suo merito: quemadmodum
& Rom. 4, 5. & 9.

XXXII. ἐπιφάνεια τῆς δόξης τῆς μεγάλης θεᾶς καὶ σωτῆρος
ἡμῶν Ιησοῦ χριστοῦ, Vulgata vertit, adventum glorie Magni
Dei & Servatoris nostri I. C. per Hebraicum, quo duorum
Substantivorum posterius epitheti seu adjectivi loco po-

nitur, non infrequentem in N. T. ut Luc. 16, 8, 9. c. 18, 6.
Act. 7, 30, 2. Thess. 1, 8. Rom. 12, 20. Eph. 2, 2. c. 5. 6. Sed
rectius & latinius redditur, gloriōsam apparitionem &c. per
quam intelligit secundum ejus adventum adjudicium, quē
adventum gloriæ i. e. gloriosum nuncupat, ut eum ab
adventu primo discernat, qui erat humilis & contem-
tus. Observat n. Chrysostomus tūm in h. l. tūm in homil.
de Baptismo Christi; ἐπφάνειαν s. adventum Christi dupli-
cem h. l. ostendit; priorem gratiae; posteriorem retributionis &
justiciae. Δυό, inquit, δέκανοιν ἵντενθα ἐπφάνειας, οὐ γέρε εἰσ:
δύο. η μὲν πρώτη καὶ εἰτ Θ., η δὲ δευτέρη ἀντεπόστασις καὶ δι-
καιία. De priore (Homil. dicta de Bapt.) affert hujus ca-
pitis v. 11. cui addi poterit eximius ille locus 2. Tim. 1. v.
10, & c. 4. v. 1, & 8.

XXXIII. Porro, *Quis sit, quem magnum DEVM vo-*
cat, ἐπεξηγησίως declarat, dum addit; & Servatoris nostri
JESU CHRISTI. Ubi notatu digna est ejusdem Græci Pa-
tris expositio: qui, τὸ μέγας, ait, ἐπίθετον λέγη, & πάσι τῷ
μέγας Φησί, αλλ' ἀπλύτως μέγας, μεθ' οὐ γε ἀντί μέγας, ἐπὶ^{τῷ}
τῷ μέγεσι τῷ εἶναι. εἰ δὲ πάσῃ, καὶ σύγχρονον τῷ & Φύσι μέγας. Νῦν
δὲ ἀσυγκέιτως μέγας, i. e. hoc (nomen) magnus, de DEO quan-
do dicit, non ad aliquid sive relativè, magnus dicit, sed absolute
magnus, post quem nemo magnus esse queat: quando quidem non
relativè magnus est. Quod si ad aliquid diceretur, per compa-
rationem, non per naturam magnus esset. At nunc magnus ci-
tra comparationem est.

XXXIII. Sensus igitur secundi hujus Argumenti Apostol.
v. 13. hic est: *Quicunq; expectant speratam illam beatitu-*
dinem æternam, omniaq; cœlestia bona, & illustrem il-
lum gloriæ adventum Magni illius Dei, Salvatoris nim.
nostri Jesu Christi: illos oportet, abnegata impietate &
mundanis concupiscētijs professionem suam fāctimoniam
vitæ

vitæ atq; inculpatis exornare moribus atq; adeò sobriè, justè & piè vivere in hoc seculo. At Cretenses, Evangelii doctrinam amplexi, imò nos Christiani omnes expectamus speratam illam beatitudinem. E.

XXXV. III. αἰνολογίας ratio à causa Redemptionis Efficienç meritoria & simul Formalis. à modo ejusdem, traditione puta & oblatione sui ipsius sumta est, v. 14. ὁς ἐδωκεν εἰστε ὑπὲρ ήμῶν, qui dedit semetipsum pro nobis sc. peccatoribus & inimicis suis, Rom. 5, v. 8, & 10. nim: in vitam æruminis plenissimam; imò passionem ac mortem crucis acerbissimam & ignominiosissimam, Philip: 7, 8. Æquisissimum igitur est, ut omnes doctrinam Christi amplexi (adeoq; & Cretenses) professionem nostram sanctimoniam vitæ atq; inculpatis moribus gratitudinis ergò exornemus, & sobriè, justè, pieq; vivendo corpora nostra præbeamus hostiam viventem, sanctam, acceptam Redemptori nostro, Rom. 12, 1.

XXXVI. B. Hieronymus tom. IX. oper. in v. 20. cap. 2. ad Galat. diversitatem traditionis hujus & aliarum explicans: Et Pater, inquit, tradidit Filium (Rom. 8, 23.) & Filius ipse se tradidit, (Gal. 2, 20. Eph. 5, 25. Tit. 2, 14.) Et Judas &, Sacerdotes cum Principibus tradiderunt: (Math. 26, 48. c. 27. v. 18.) Et ad extremum traditum sibi tradidit ipse Pilatus: (ibid. v. 26. Marc. 15, 15. Luc. 23. 25. Joh. 19, 16.) Sed Pater tradidit, ut salvaret perditum mundum: JESUS ipse se tradidit, ut Patris suamq; faceret voluntatem: Judas a. & Sacerdotes & seniores populi & Pilatus vitam morti nesciij tradiderunt. Quæcum ipsa quoq; se pronostra salute tradidit, beatus multumq; felix, qui, vivente in se Christo, per singulas cogitationes & opera potest dicere: In fide vivo Filij Dei qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me.

XXXVII.

XXXVII. IV. ἀναλογίας ratio ab effectu & fine traditio-
nis hujus i. e. passionis & mortis Dominicæ ducta est, qui du-
plex: 1. ἵνα λυτρώσῃ τὰς διπλὰς πένates ἀνθρώπων, ut nos (capti-
vos) ab omni iniquitate, peccato, putam originali, quam
actuali, eorumdemque culpā & poenā, remissis tūm illis,
tūm ista, tūm hac & imputatā justiciā propriā I. Cor. 1,
30. 2. Cor. 5, 20. liberaret, persoluto sc. non corruptibili-
um auri & argenti, sed pretiosissimi sanguinis sui, ut po-
tē agni inculpati & incontaminati pro nobis effusī, λύτρῳ
I. Pet. 1, v. 18. & 19. Act. 20, 28. Apoc. 5, 9. & traditā ani-
mā s. vitā suā Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. Nam verbum
λυτρός μεγάλης, h. l. idem est cum λυτρός signif. redimo & pro-
priè quidem αὐχμαλώτους, captivos, persoluto λύτρῳ s. re-
demtionis precio. Hinc λύτρα sunt δῶρα πὲ επὶ οἰκουμένης
αὐχμαλώτων διδόμενα, παρεῖ τὸ λύτρον, λύτρων (Varin: Lex. m. col.
1199. 47. & 48.) Legitur in N. T. Matth. 20, 28. Marc.
10, 45. Et compositum ἀντίλυτρον I. Tim. 2, v. 6. quod
propriè denotat redemtionis premium vicissim pro capti-
vis datum, quando sc. caput capite redimitur. Ita nimis.
Christus seipsum dedit pro nobis, qui à Diabolo captivi-
tenebamur, ut nos in libertatem vindicaret. Hinc εὑμαλί-
κον, λύτρωσις, redemptio, qui est ipse actus taliter liberandi
Luc. 1, 68. c. 2, 38. Heb. 9, 12. & composit. απλύτρωσις
Luc. 21, 28. Rom. 3, 24, c. 8, 27. I. Cor. 1, 30. Eph. 1, 7.
& 14, c. 4, 31. &c. & εκλύτρωσις, ejusdem cum prioribus si-
gnificationis, Num. 3, 49.

XXXVIII. 2. effectus tradition. Dominicæ est, ἵνα ναρθε-
εῖση σωτῆρα λαὸν τοῦ εἰσιστον, ἐγλωττὸν πρ. λῶν ἔργων, ut purificaret
sibi populum peculiarem cum Zelo quodam facientem opera bo-
na. ναρθεῖση sc. I. per δικαιοσύνην, justificationem i. e. remissi-
onem peccatorum, aspersione sui sanguinis & mundati-
one nostri, quæ fit per fidem, imputatā nobis, ut dictum,
justi-

justiciâ suâ, Heb. 9. v. 14. c. 13, 12. l. Joh. 1, 7, l. Cor. 6, 11, 2. περιπομόν, sanctificationem, quæ fit per Spiritum S. mortificantem veterem Adamum, & novos motus in cordibus nostris excitantem, ut bona opera facere incipiamus, 2. Thess. 2, 13. l. Pet. 1, 2. λαὸν τελέσιον i. e. populum peculiarem, proprium, eximum, quem Deus sibi in peculum & hereditatem è mundo elegit & segregavit. Perperam v. vulgat. vertit in populum acceptabilem. Graci n. τελέσιον vocant ea, quæ cum supersint, à nobis reconduntur, & pro maximè proprijs & gratis facultatibus habentur, q. opes charissimæ & preciosissimæ. Hoc autem vocabulum finixerunt Graci interpres (ut & ἐπόστολον, Matth. 6, 11.) quod postea usurpare non dubitarunt B. Apostol. h. l. & disertissimi quiq; Theologi, ut Chrysostomus & Nazianz. censemib; Beza h̄c & H. Stephano t̄ bes. L. Gr. Tom. i. Col. 1136. A. Esta. à τελέσια, quam vocem Varinus in Col. 1485. 24. exponit per τελέσιαν, πλεονασμὸν, ὑπεροχὴν, ἀσύνετον & στίαν, abundantiam, exuperantiam, copiam, tantam substantiam, s. opes tantas, ut aliæ cum ijs comparari nequeant, à τελεσιū supersum, abundo: λαὸν v. περιέστορον per εὐηήτον, acquisitum, comparatum sc. dià τῆς ιδίας αἰματικοῦ. Act. 20, 28. B. Hieronymus Comment. h. l. (observante Erasmo in Annotat.) negat se à quopiam secularium perito literarum potuisse discere, quid esset τελέσιον: verū ex Deuteron. (puta c. 7, v. 6.) collegisse, unde Paulus hunc locum summisse videatur: ut esses ei in populum acceptabilem (rectius, peculiarem, specialem, s. in populum peculij) ex omnibus populis. Rursus in Psal. 135, 4. Elegit te Dominus in possessionem sibi. Quod dictum est, in possessionem, LXX ac Theodotion transtulerunt: τελέσιον: Aquila & Quinta editio, τελέσιον, syllabæ commutatione factæ, non sensus, Symmachus pro eo, quod est in

Græco περιστον, in Hebr. סְנִילָה, expressit εξαγετον, h. e. e-
gregiū vel præcipuum, pro eo, quod idem in alio volumine,
Latino sermone utens, peculiarem interpretatus est. Hæc
& plura alia Erasmus ad vocem ἐμών quem, si libet, vi-
de. Confer etiam Exod. 19, 5. Deut. 14, 2. 1. Paralip. 29,
3. Eccles. 2. v. 8. Mal. 3, 17. quibus in locis omnibus vox
Hebr. סְנִילָה à LXX. Aquilà & Theodotione redditur σε-
ξιτός, vel περιστονός, vel εξαγετός, vel αετονός. Be-
Lutherus in vers. Germ. reddit, ein Volck zum eigenthumb. Et
in P. E. part. I. fol. 54. B. sic declarat: Das Wörtlein Peri-
usion/ heisset etwas eigens/ wie ein sonderlich eigen Erb-
guff oder Habe besessen wird. Denn Gottes Volck wird
in der Schrifft Gottes Erbgut genennet/ daß wie ein Hauss-
vater sein Erbgut erbeitet/ übet vnd bessert / also Christus
auch durch den Glauben vnser Erb-Heer treibet vnd arbeit-
et vñß/ daß wir fäglich besser vnd fruchtbarer werden. Sie-
he also macht der Glaub vñß nicht allein frey von Sünden/
sondern auch Christo zum eigen Erbgut/ daß er sich als deß
seinen annimbe vnd beschützet. ζηλωτὸς γένος vocat
Apostolus, populum qui non coacte segniter & frigide, sed spō-
raneo spiritu, magno cum Zelo & fervore ea faceret, studiosum
& ardente bonorum operum, ita ut alter alterum prævertere
& superare benè operando cum contentione quadam annisatur.
Est n. εὐγέλιον à ζηλόω i. e. æmulor, ardenti imitandi stu-
dio ducor, ita quidem , ut eum , quem imitor, vincere
modis omnibus coner. à ζηλος æmulatio & vehemens &
fervidum imitandi studium , quod à ζεω , ferveo, ob ad-
junctum fervorem & vehementiam.

X XXIX. v. 15. Επίλογος s. Conclusio partialis habetur,
eaq; παρατελη, Titum concernens, quō quatuor eidem
inculcat: 1. Ιωάννα λάλει. hoc loquere s. predica, doce, incul-
ca, quæ nim: de universali Gratia Dei, de redēctione
noſtri

nostri & glorioſo adventu Christi, de ſpe æternæ beatitudinis, de abnegatione impietatis, mundanarumq; volūptatum & studio virtutum nunc tradidi. 2. καὶ παρακαλεῖ
& exhortare ut abnegatā impietate, peccata omnia & a-
ctiones cum Lege Dei pugnantes fugiant, & ſectentur pi-
etatem, iuſticiam & ſobrietatem. 3. ἐλεγχεῖ, argue & refu-
ta, huic ſanctæ doctrinæ contradicentes, reprehende, cor-
ripe & objurga immorigeros, qui doctrinæ & adhortati-
onī locum dare nolunt. Parem παράνοιαν vid. 2. Tim.
4. 2.

X L. Explicat a. & amplificat has παρανίσεις modo,
quo eas proponere & has muneris ſui partes expedire
Titus debeat, dum addit: μέτὰ πάντοις εἰπεῖς τὸν ὅμιλον imperio,
officij eum & dignitatis ſuæ admonens, quod non
privati hominis, ſed Legati Dei personam in Ecclesia
Cretensi ſuſtineat 2. Cor. 5. 20. Eph. 6. 20. Ideò non frigidè,
non timidè, ſed omni cum imperio & autoritate loqua-
tur, hortetur, arguat.

X L I. 4. Μηδέποτε τοιούτῳ nemo te contemnat, ſi
despiciat. Declaratn. verbum τοιούτῳ h. l. idem, quod καὶ
Φρονεῖ, inſigniter despicere, contemnere, ſignificatione ἀνεχ-
θη, vi praeposit. τοι, ut in τοιούτῳ singulari injuria &
contumeliam afficio, injuriosiſſimus & contumeliosiſſi-
muſ ſum, τοιελαύνω vehementer vexo, violenter traho,
τοιδαρύω valde & ubertim fleo. 2. vel etiam τοιούτῳ
est ὑπερφρονεῖτω i. e. τοιούτῳ Φρονεῖτω, nemo te plus sapere au-
ſu, ut ſupervacaneam ſapiențiam aliorum compesci o-
portere intelligatur, h. l. doceri, explicatore Camerario.
Commone facere a. hoc præcepto voluit 1. Titum, quod
in omnibus vocationis ſuæ partibus & tota vitæ conver-
fatione talem ſe gerat, ut nemo ipsum jure despicere po-
ſit. 2. Cretenses Titi Auditores & Discipulos, ut ipsum tan-

quam Christi Legatum & officium fideliter facientem
in honore & precio habeant, doctrinæ & admonitioni-
bus ipsius obtemperent, neo reprehensiones vel fastuo-
so supercilio contemnant, vel ægrè & cum animorum
exacerbatione audiant; sed æquo animo ferant. Simi-
le præceptum tradidit Timotheo, discipulo suo i. Tim.
4, 12. ubi & causam contemptus exprimit, videlicet ~~reó-~~
~~ητη~~, Juventutem, & ejusdem ~~avtido~~ s. virtutes recitat,
quæ contemtum avertere; contra v. autoritatem
illi & gravitatem conciliare queant. De quibus
etiam capite hujus ad Tit. Epistolæ primo &
hoc ipso cap. 2, N. 7.

Aliḡ hac estē Textus Apostolici ἀνάδοσις ἐξήγησε.



Τὰ ἐν προσδημητικῆς μέρει.

I.

*V*erum de aeterna hominum Prædestinatione tantum inter exercitatos Theologos, non v. coram omnibus ἐγίνοται in publico cœtu, modo tamen debito, sit disputandum? Illo negato, posterius affirmatur.

II.

*A*n rectè Calvinus ἐγίρηται olim ejusdem Discipuli, Beza, Sobrius, Piscator, Perkinsius, Bucanus, Prædestinationis vocem generaliter accipientes, duas ejus sive species sive partes faciant; aliam ad vitam, sive salutem, ἐγίνοται vitam aeternam, nempe electiōnem; aliam ad mortem, interitum sive damnationem aeternam, nimis reprobationem? Neg.

III.

*A*n sit discriminētū inter ἐκλεκτούς nominaliter: ἐγίκειν μὲν νομικά participialiter, ἐγίνοται quidem tale, ut omnes quidem ἐκλεκτοὶ sint inkleinomenoi; sed non contrā: adeoq; duo ista vocabula sint quidem ἀντιστρέφοντα i. e. ex una tantum sui parte reciproca: non v. ἀντιστρέφειν i. e. ex utraq; sui parte reciproca? Neg. contra Huber: ex Marc. 13. v. 20. ἐγίνοται Cor: 1. v. 26 / 27 / 28.

